

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

# BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0425

Mercoledì 01.09.2004

## LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELL'INCORONAZIONE DELLA STATUA DI NOSSA SENHORA APARECIDA E DEL 150° ANNIVERSARIO DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA (APARECIDA, 8 SETTEMBRE 2004)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELL'INCORONAZIONE DELLA STATUA DI *NOSSA SENHORA APARECIDA* E DEL 150° ANNIVERSARIO DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA (APARECIDA, 8 SETTEMBRE 2004)

In data 10 luglio 2004, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato il Card. Eugênio de Araújo Sales, Arcivescovo emerito di São Sebastião do Rio de Janeiro, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del Centenario dell'incoronazione della statua di *Nossa Senhora Aparecida* e del 150° anniversario della definizione del Dogma dell'Immacolata, che avranno luogo ad Aparecida l'8 settembre 2004.

La Missione che accompagna l'Em.mo Card. Eugênio de Araújo Sales è composta da:

- Rev.do Mons. Manuel Moreira Vieira, Vicario Episcopale dell'Arcidiocesi di São Sebastião do Rio de Janeiro e Parroco della Parrocchia di Nostra Signora della Pace ad Ipanema.
- Rev.do Sac. Nelson Ferreira Lopes, Parroco della Parrocchia di Sant'Ana in Roseira (São Paulo);
- Rev.do P. Carlos da Silva, C.SS.R., Direttore dell'Editrice del Santuario di Aparecida.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

Venerabili Fratri Nostro

Eugenio S.R.E. Cardinali De Araújo Sales

Archiepiscopo olim Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii

Augusta a Beatae Virginis Apparitiopolitanae imagine coronata cum mox centum complebuntur anni, haec saecularis celebratio neque silentio praetereatur oportet, immo vero Brasiliensium omnium in animis impensam pietatem refoveat erga clementem eorundem Reginam ac peculiarem apud Deum Patronam. Quam ob rem optata profecto nec non iucunda ad Nos postulatio pervenit Venerabilis Fratris Raimundi Damasceno Assis, Archiepiscopi Apparitiopolitani, qua sollers sacrorum Antistes ille, consilio perpenso tum Venerabilis Fratris Nostri Geraldii Majella S.R.E. Cardinalis Agnelo, Conferentiae Episcopalis illius Nationis Praesidis, tum Venerabilis Fratris Laurentii Baldisseri, ibidem Nuntii Apostolici, enixe rogavit ut illuc eminentem Praesulem mitteremus qui Nostro nomine et auctoritate Marialibus sollemnibus praesideret. Hac celebritate palam gaudentes ac pari tempore eidem spiritalis laetitiae accessionem praebere percipientes, ad te quidem, Venerabilis Frater Noster, sponte decurrimus, cuius prorsus noscimus quid alacritatis ac pastoralis vigilantiae pro fidelium salute sedulo adhibueris atque quid observantiae in Apostolicam Sedem omni tempore praestiteris.

Hasce per Litteras te igitur Missum Extraordinarium deligimus ac constituimus ad praememoratam celebrationem die VIII proximi mensis Septembris peragenda; neque dubitamus quin munere tibi demandato ita perfuncturus sis ut Brasiliensibus fidelibus commoda spiritalia compares ac tibi autem ubertim promerita.

Tuum primum erit ad Marialem festum illum diem conventuris Nostra omina et hortamenta proferre. Adstantes vero alloqueris quantum non sit modo valde utile se materno Immaculatae Virginis imperio subici, quae fuit «*tamquam universorum Regina a Domino exaltata*» (LG VIII, 59), verum sit etiam pernecesse ad eiusdem Virginis imaginem conformari, quae ante christifidelium oculos «*tamquam exemplar virtutum praeifulget*» (*Ibid.*, 65). Multum enim ac praesertim optamus ut omnes, qui sollemnibus supra memoratis intererunt, cum Maria et per Mariam, mulierem omnium liberrimam, utpote omnium sanctissimam, libertatis in sanctitate eximii sint amatores et disertii praecones.

Ut autem Marialis celebratio ista maiores spiritales fructus progignat, id tibi facultatis demum facimus, ut Nostra auctoritate adstantibus Episcopis, et imprimis Apparitiopolitanae Ecclesiae sacrorum Antistiti, nec non christifidelibus omnibus Apostolicam Benedictionem, supernae gratiae nuntiam et propensae Nostrae voluntatis testem, effusa caritate impertias.

Ex Arce Gandulfi, die II mensis Augusti, anno MMIV, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[01355-07.02] [Testo originale: Latino]

[B0425-XX.02]

---